



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 52. Patriarchæ Constantinopolitani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

Sæcul. XII. interea Hartwicum Archiepiscopum
A. C. 1151. consuluit, qui vehementer hortatus est,

c. 71. ne Investituram a Duce peteret, adjiciens,
74. solum Imperatorem Episcoporum Domi-
num esse, cuius Vasalli esse Principes
ceteri ambirent. Quia autem Saxonia
Dux Vicelinum acerbe habebat, deci-
mas detinebat, & quæcunque petebat,
denegabat, cessit tandem tempori & in-
vestiri se, tradito Baculo, passus est.

Paulo autem post graviter afflitus
est, amissio Ditmaro, carissimo suo Disci-
pulo, quem ei in Vigilia Pentecostes die
decima septima Maji anno millesimo
centesimo quinquagesimo secundo mors
eripuit.

§. LII.

Patriarchæ Constantinopolitani.

Cinnam. Constantinopoli Patriarcha Nicolaus
lib. 2. c. 18. Muzalon, anno millesimo centesimo
Sup. n. 26. quinquagesimo primo, loco cedere com-
pulsus est. Is, cum Ecclesiam Constan-
tinopolitanam regere cœpit, vituperaba-
tur ab omnibus, quod contra Canones
Sedem Patriarchalem usurparet, post-
quam Episcopatum abdicasset, relicta Se-
de Cypria. Initio equidem animum con-
tra Adversariorum molimina obfirmavit,
sed tandem querelis ad Imperatorem de-
latis, intelligens, certissime futurum, ut
causa caderet, noluit diem expectare,
qua

qua publice damnaretur, sed dimisso Pa- Sæcul. XII.
triarchatu discessit, vitam privatorum A. C. 1151.
more ducturus, postquam Dignitate Pa-
triarchali per annos tres & menses qua-
tuor eminuisse. Ipso sedente, synodi- *Sus Græc.*
ce definitum est, affinitatem, per spon- *Rom. p. 217.*
salia inter duos patruelos & duas soro- *ibid. Catal.*
res contractam, non esse impedimentum *pag. 303.*
matrimonii. Nicolao successit Theodo-
rus Monachus & Abbas S. Anastasiæ, ei-
que rursus quidam Reclusus nomine Neo-
phytus ex Monasterio *Evergetæ*, id est
Benefactricis, quod nomen S. Virginida-
batur. Tumque in Sedem Constantino-
politanam evectus est Constantinus
Cbliarenus Diaconus & Sacellanus. Ce-
terum quantum temporis quisque ex his
Patriarchis federit nescimus, omnes ve-
ro tres plus quam annos quatuor non
expleverunt.

§. LIII.

Nicolai, S. Bernardo ab Epistolis, lapsus.

Jam diu S. Bernardum non latebat, se *Mabil. præf.*
Nicolai Amanuensis sui perfidia lœ*in Serm.*
di; sed tandem anno millesimo centesi- *S. Bern. n. 36*
mo quinquagesimo primo hominis teme-
ritas omnibus palam facta est, quo Clá-
ravalle miser aufugit. Is, natione Fran-
cus, ab ineunte ætate institutum mona-
Hist. Eccl. Tom. XVII. N sti-